BEATIS MANIBUS
MATRONÆ NOBILISSIMÆ
ANNÆ KISLINGIÆ,
NATALIBUS PALIURÆ,
MAGNIFICI OLIM, NOBILISS. AMPLISSIMIQUE
DOMINI JOHANNIS KISLINGII,
Inclytæ Civitatis Thoruniensis Præ-Consulis
optime meriti,
RELICTÆ VIDUÆ,
Die 22. Julii, Anno Christi M. DCCIII.
placide in Domino defunctæ,
& 27. ejusdem Mensis die in Templo Mariano
Cryptæ Kislingianæ inferendæ,
brevibus Elegiis parentare,
& simul
Lugentibus Consangvineorum & Affinium Familiis
mitiora Fata apprecari vol.
RECTOR ET PROFESSORES
GYMNASII THORUN.

THORUNII,
EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII.

Edelste Leidtragenden/

Zwey Feinde haben sich (leider!) zu uns genähert/
einer vor/ der andere in unsern Wällen.
Ich wolte aber fast muthmassen/
Sie werden auf den Feind/ der innerhalb der Stadt sich wittert/
biß *dato* übler zu sprechen seyn/
als auf den/ der außerhalb derselben im Felde sich gelagert.
Denn dieser ruhet (GOtt Lob!) noch zur Zeit;
Jener (die *Morbona*) erwecket bey uns die rothe Ruhr.
Dieser hat Ihnen bißhero (gebe GOtt! auch künfftig!) noch nichts geraubet:
Jener hat Ihnen (O Traurens-voller Fall!)
das treue Hertz/ welches Sie allerseits innig geliebet/
den holden Mund/ der andächtig vor Sie gebetet/
die willige Hand/ die Sie kräfftig gesegnet/
das ist/ Ihre hertzlichgeliebte Frau Mutter/ Schwester/ Schwäher und Freundin/
unversehens hinweggerissen.
Ihr Geschlechte hat an Ihr eine rechte Hannam/ Abigail und Martham
verlohren.
Doch glaube ich auch/
Sie werden sich wieder sothanen Unfall allbereit wol gerüstet haben/
oder doch noch zu rüsten wissen.
Sie haben bißhero den äusern Feind theils mit Beten/ theils mit Wachen/
von unsern Mauren abhalten helffen.
GOtt hat biß jetzo noch Ihre und unsere Seufftzer erhöret.
Vermuthlich werden Sie auch des andern Abbruch verschmertzen können.
Morbona, wie Sie wissen/ hat nichts mehr/ als einen von der Gicht entkräfftеten Leib/
entzogen.
Die Schalen sind dahin;
Der Kern und das Andencken Ihrer Gottesfurcht/ Klugheit und Sorgfalt
mag von keinem Feinde entwendet werden.
Der Frau Mutter Beylage des Glaubens/ der Erben Erbschafft Ihres Seegens/
deren jenes alle Unlust zu mindern/ dieses allen Verlust zu ersetzen/ vermag/
wird theils der Seeligen im Himmel wol verwahrt/
theils den Leidtragenden auf Erden/ wenn es Zeit ist/ wol gewehret werden.
Wol demnach Ihnen/ wol! Sie bleiben darbey.
Wer nur den Höchsten zum Freunde hat/ den vermag kein Feind
von seiner Gelassenheit abwendig zu machen.

*

Also wolte seine Schuldigkeit gegen das vornehme Trauer-Hauß
bezeigen

M. George Wende.

AD MAGNIFICUM ATQVE NOBILISS.

DN. JOH. GOTTOFREDUM ROESNERUM,

Reipubl. Thorun. Burggrabium Regium,

Nobilissimæ SOCRUS suæ obitum lugentem.

CUr lacrymis calidis generosos abluis artus,
Atqvè doles Socrus fata maligna Tuæ?
Fata maligna haud sunt Matronæ sangvine claræ,
Cum qva semper erat gratia magna DEI.

Illa

Illa fuit qvondam noſtri Pro-Conſulis uxor;
Uxor KISLINGI non reticenda gravis.
Pauperibus miſeris mater chariſſima manſit,
Atqvè peregrinis plurima dona tulit.
Claruit Illa ſuis ornata coloribus aptis,
Qvos pinxit pietas, cum pietate fides.
Permanſit felix, mundo dum vixit in iſto,
Invida qvam neqviit frangere lingva, manus.
Candor erat, ſi qvid candore vel eminet ipſo,
Iſtud complexa eſt non ratione mala.
Haud igitur moritur tantis virtutibus aucta,
Præiit, haud obiit: qvæ qvoqvè vivit adhuc.
In Generi & Natæ vivaci pectore vivit,
In junctis animis ſangvine viva ſedet.
In noſtræ vivit non mortua cordibus Urbis,
Vivit in arce ſoli, vivit in arce poli.
Æternum vivit, patriis arisqvè precatur,
Ut poſſint aura liberiore frui.
Utqvè ferus miles noſtras non occupet ædes:
Sint cum peſte fames obſidioqvè procul!
Et Genero Natæqvè piæ pia vota precatur,
Ut vivant annos Neſtoreosqvè dies.
Prole torum Generi aſtra beent! virtutibus {Orbem / Urbem}
Impleat, & Socrus ſit memor Ipſe ſuæ.
Filia dilectæ Matris veſtigia calcet!
Sic KISLINGORUM fama ſuperſtes erit.

Hæc appoſuit, qvæ plura debuit, B. manibus
Viduæ Proconſularis
M. MARTINUS Böhm.

ALLOQVIUM AD DEFUNCTAM.

O Sortes hominum, qvorum ſunt finis & ortus
Pleni ploratu! Mortales lumina ſolis
Pluribus in lacrumisqve vident, lacrumisqve relinqvunt.
Qvid? cur omne gemit noſtrum, qvod degitur, ævum?
Felices, qvi ſunt poſt pallida funera mortis
A fletu tuti. Qvare, MATRONA, ſupremum
Cui damus officium, feſtinâ mente triumpha,
Qvâ nitidæ vitæ cœleſtia gaudia portas:
Namqve tuus mœror, plangor, gemitusqve fuerunt.

Turbulentis hisce temporibus placidè pièqve extinctæ f.
PAVLVS PATER.

TE qvoqve proſternunt longæ faſtidia vitæ,
Extingvit duræ Te mora lenta crucis.
Sexaginta annos expleſti ac inſuper octo,
Annorum mala ſed qvis numerare poteſt?

In-

Integros, benè si memini, triginta per annos,
Articulos pressit clauda podagra pedum.
At fueras patiens, herbis relevare dolorem
Cùm poterat nullus, mens bona sola levat.
Tres ex Te natos vidisti intrare sepulchra,
Atqve duos fueras qveis benè juncta Viros.
Crediderim dixti, prius hi meâ membra recondent,
Exanimæ, prius & contumulabor humo.
Hice trahent post se lacrymando syrmata pulla,
Dum fragili feretro sarcina clausa ferar.
Sed spes decepit, vidisti funere mersos
Hos omnes, funus nunc qvóqve facta Tuis.
Ast hos post omnes, qvia primùm tempora poscunt,
Atqve salus Urbis pendula facta jubet.
Hostibus in mediis interqve pericula stamus,
Qvi mala non meruit se meruisse putat.
Eminus instructus perterrita mœnia lustrat
Hostis, more feræ circumeuntis oves.
Fine carent gemitûs, nisi cùm stupor obstitit illis,
Pectora sunt certis saxea facta malis.
Qvi fronte est læta non ausim dicere civem,
Qvi dolet Urbe gemens hic mihi civis erit.
Qvæ mala concutiunt communia limina nostra
Vidisti, vel qvæ vespera sera vehet.
Qvapropter fugis & linqvis nunc hostica regna,
Cùm meliore DEUS Te statione locat.

Hanc tene, qvam occupasti, feliciter, vove!

JOH. REZIK, P. P.

hominum indigitantur

Linea res humanæ non dicuntur ineptè;
Nulla dies certâ qvòd sine linea abit.
Sit juveni brevis, aut cano sit linea vitæ
Longa; tamen Vatis carmen uterqve probat:
Qvi qvondam cecinit: *Mors ultima linea rerum*,
Cujus opus solùm rumpere qvodvis opus.
Nostra diu duxit KISLINGIA lineam in orbe.
Vita qvid Ejus erat qvàm labor atqve dolor?
Plenus erat curis animus, nec membra qvietem
Ferrebant longam, fracta dolore licet.
Nunc horum finem facit ultima linea rerum:
Nunc dolor omnis abit, cessat & ipse labor.
Excipit alta qvies tenues jam corporis artus:
Cessant angores, tristitiæqve graves.
Marmoreâ siqvidem corpus jam clauditur urna;
Spiritus in manibus Cunctipotentis ovat.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
Prof. Publ. & Visitator.